



**M**aximus ob insignem doctrinam & animi moderationē <sup>4</sup> Vindonissæ Episcop. constitutus fuit. Cū aut̄ Clotharius <sup>2</sup> rebus apud Francos præesset, illum Episcopatū ob rerum opportunitatē Constantiā transtulit, atq; plurimis pagis & priuilegijs exornauit. Hunc etiā Maximum ob rerum peritiā & plurimas uirtutes primum ibi antistitē creauit. id quod factum est circa an. Domini 610. Itaq; Maximus eam Ecclesiā singulari prudentia administrauit, & omnia decenti ordine instituit. Tandē moriens, Rudelonē successorem habuit. Vt autem huius ecclesiæ antistites cognoscere liceat, eos ordine (quantum in ea authorum antiquitate & diuersitate fieri potuit) subiiciemus.

antiquitate & diuersitate fieri potuit) subiiciemus.